

audire tunc beatissimam vocem. Quapropter sepiissime cogitavi, quomodo statum et honorem huius sancte ecclesie in melius firmaremus, quod me procul dubio facere oportebat. Pridem divina inspirante clementia iustum et rationabile visum est, ut secundum canonum normam nostram ordinaremus ecclesiam, que indiscrete ac confuse habebatur propter clericorum inormitatem, quoniam sanctorum patrum decreta specialiter iubent, ut in unaquaque ecclesia clerici ordinentur secundum eiusdem ecclesie facultatem, quatenus ecclesie servientes clerici de eadem ecclesia vivere et sustentari¹ honeste canonico iure debeant, sicuti legitur: 'Qui altari ministrat, de altari vivere debet'²; quod in nostra ecclesia nullatenus tenebatur, sed clericorum numerus ita excreverat, ut sacer ordo vilesceret et divinum offitium omnibus in negligentiam caderet. Quocirca favente Christi gratia placuit et iustissimum visum est, ut huiusmodi errorem et vilitatem³ penitus abdicaremus. Ideoque pro salute anime mee hoc decretum illis canonicis facere curavi, qui subter scribuntur numero quinquaginta. Omnibus pateat presentibus et futuris, quod secundum hoc decretum in nostra episcopali ecclesia quinquaginta canonicos statuimus et ordinamus, qui eiusdem ecclesie offitium compleant, quorum nomina sunt hec: Petrus archipresbiter, Ioannes presbiter et cantor, Leo presbiter, Ioannes presbiter, Torrellus presbiter, Ioannes presbiter, Leo presbiter, Martinus presbiter, Florus presbiter, Martinus presbiter, Dominicus presbiter, Petrus⁴ presbiter, Bononius presbiter, Teuzo archidiaconus, Hugo diaconus, Daniel diaconus, Atto diaconus, Gerardus diaconus, Clarissimus diaconus, Petrus diaconus et alter Petrus diaconus, Ioannes diaconus, Samuel diaconus, Petrus diaconus, Aldulphus diaconus, Leo diaconus, Petrus subdiaconus, Hubertus subdiaconus, Rolandus subdiaconus, Ioannes subdiaconus, Carbo subdiaconus, Ioannes subdiaconus, Vido subdiaconus, Leo subdiaconus, Apto subdiaconus, Ioannes subdiaconus, Petrus subdiaconus, Rusticellus subdiaconus, Leo subdiaconus, Urso clericus, Petrus clericus, Rainerius clericus, Lambertus clericus, Paganus clericus, Ioannes clericus, Atto acolytus, Hildebrandus clericus, Hugo clericus, Rodulphus clericus, Teuzo clericus; supradictisque canonicis eorumque successoribus pro salute anime mee, quatenus ipsi et successores eorum

1) B ('sustentari') D; 'sustentare' A C. 2) Wohl gemeint
 1. Cor. 9, 13: 'Qui altari deserviunt cum altari participant'. 3) C D;
 'utilitatem' A B. 4) A C; 'Leo' BD.